



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

Quinta causa. Quinta vocare docet, delatoremque ferire. Sex quæstiones
quintæ causæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

QVÆSTIO V.
Equinta verò questione in concilio Carthaginensi a III. c.7. sic invenitur definitum.
C. I. ¶ Non est ad communionem suspendendus, qui die statuta ad causam venire non potuit.

Quisquis b. Episcoporum accusatur ad Primatem provincie ipsius causam deferat accusator. Nec à communionem suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam, i. electorum iudicium, die statuta, literis evocatus minime occurrerit, hoc est, intra spatium mensis ex ea die, qua eum literas accepisse constiterit. Quòd si e aliquas veras necessitatis causas probaverit, quibus eum occurrere non potuisse manifestum sit, causa sua dicenda intra alterum mensem integram habeat facultatem. Verum tardius post mensem secundum non communicet, donec purgetur. Sin autem nec ad concilium universale 2. occurrere voluerit, ut vel ibi causa ejus terminetur, ipse in se damnationis suae sententiam dixisse iudicetur. Tempore sane, quo non communicat, nec 3. in sua ecclesia, vel parochia communicet. Accusator autem ejus, si nunquam diebus causa dicenda defuerit, à communionem non removeatur. Si verò aliquando defuerit subtrahens se, restituito in communionem Episcopo, removeatur à communionem accusator: ita tamen, ut nec ipsi adimatur facultas causam peragenda, si se ad diem occurrere non noverit, d. sed non potuisse probaverit.

- 1. ¶ Electorum iudicium] Ista dua voces absunt ab editione Coloniensi conciliorum in quatuor tomis.
- 2. ¶ Universale] In concilio ipso additur, anniversarium, quod in Africano concilio c. 62. ostenditur de universali concilio Africe esse intelligendum.
- 3. ¶ Nec in sua ecclesia] Sic in ceteris conciliorum editionibus, & codice canonum, & apud ceteros collectores. Sed in editione quatuor tomorum est, nec in sua plebecommunicet. Graeci, c. 19. legitur, μηδ εν τη ιδ ια οικησεια, μηδ εν παροικια κοινηση. id est, neque in propria ecclesia, nec in parochia communicabit.

QVÆSTIO VI.
Sexta verò questio eodem septimo capitulo concilii Carthaginensis III. terminatur, in quo sequitur.
C. I. ¶ In civili, & proprio duntaxat negotio ad arguendum admittitur, qui in Episcoporum accusatione culpabili invenitur.

Illud e verò placuit, ut cum agere coeperit in Episcoporum iudicio, si fuerit accusatoris persona culpabilis, ad arguendum f non admittatur, nisi proprias causas, non tamen ecclesiasticas, vel i criminales asserere g. voluerit.

- 1. ¶ Vel criminales] Absent hoc à concilio, & ceteris collectoribus, sed retentum est ob causam, & reperitur in c. si accusatorum.
- C. II.** ¶ Propriam causam agere valet, cui accusare non licet.

Item ex concilio Carthaginensi 7. c. prope fidem.
Omibus, h quibus accusatio denegatur, in causis propriis accusandi licentia non est deneganda.

a. Et Felix Episcopus ad Episcopos Gallie. b. Ansel. 13. c. 127. Burch. 1. c. 160. Ivo p. 5. c. 270. Pamm. 1. 4. c. 106. c. inf. 5. 9. 3. f. a. 9. 2. d. al. voluisse. e. Anselm. 13. c. 127. Burch. ibidem. Ivo ibidem. Pamm. ibidem. f. ad accusandum, vel agendum. g. al. dicere. h. Ivo part. 16. c. 64.

C. III. ¶ In accusatione Episcoporum defensus civiliter tantum experiri poterit.

Item Felix Papa omnibus Episcopis per Gallie provincias constituit, epistola secunda.
Si a. accusatorum persona in iudicio Episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, nisi proprias causas assererent, non tamen criminales ecclesiasticas voluerint.

C. IV. ¶ De eodem.
Item Hadrianus Papa in capitulo, c. 3.

Quòd si accusatorum persona in iudicio Episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, nisi proprias causas habuerint, non tamen criminales vel ecclesiasticas.

CAUSA V.

N infamiam cuiusdam Episcopi chartula auctoritate occulte confertur: tandem accusator in publicum. Episcopus autem senes literas tractus, causa sua die statuta adesse non volens, procuratorem iudicis se presentavit, absq. synodali auctoritate damnatur. Demum iudicio per appellatorem remota de accusatoris inimicitia Episcopus conquiritur: tandem in publico probatione defuit accusator.

- 1. Primo queritur, qua pena sit feriendus, qui in publicum bellum clanculo scribens, probare nescio quid mandavit.
- 2. Secundo, quomodo sit vocandus ad causam, anque sententiam damnationis acceptat. b.
- 3. Tertio, an per procuratorem causam suam agere valet, quo scriptum causa adesse non potest.
- 4. Quarto, an absq. synodali auctoritate sit damnandus.
- 5. Quinto, an idem aliquis habendus sit inimicus, qui in publico probatione defuit accusator.
- 6. Sexto, quomodo sit plerendum, qui, quod intulit, plerumque valet.

QVÆSTIO VII.
E prima questione Hadrianus Papa scribit in epistola, c. cap. 49. al. 30. dicens:

C. I. ¶ Flagellatur, qui scripta in alterius favorem neglexerit probare.

Qui d. in alterius famam publice i. scripturam, & verba commeliosa confinxerit, & reperitur factum non probaverit, flagellatur: & qui ea prius innotuerit rumpat, si non vult auctoris facti causam incutere.
1. ¶ Publicè] Hadrianus, Capitulare Caroli, & Ivo ibidem in publico.

C. II. ¶ De eodem.
Item Gregorius 1. 5. epist. 39. f. c. 170.

Quidam e maligni spiritus consilio repletus, contra Castorium Notarium, ac responsum nocturno silentio in publico i. civitatis loco contestationem posuit in ejus crimine loquentem, imbutaque eorum de faciendâ pace callide contradicentem. Et qui quisquis veraciter loquitur, semetipsum innotescere non debet formidare, oportet, ut publicè exeat, & quocumque in contestatione sua loqui presumpserit, excedat. Quòd si non exierit, neque publicè confessus fuerit, quisquis ille sit, qui hoc agere presumpserit, vel consensum in tanta iniquitatis consilio præbuit, ex Dei & Domini nostri IESU CHRISTI spiritu definnimus, ut sancti ejus corporis ac sanguinis participatione privatus sit. Si verò, quia laet, & quoniam necessitas teneri ad disciplinam f non valet, si tanti mali conficius, etiam prohibitus, corpus ac sanguinem Domini percipere

a. 3. q. 10. c. fin. Ivo p. 6. c. 417. b. al. excipiat. c. Cap. 1. 7. c. 361. d. Ansel. 3. c. 127. Ivo p. 4. c. 106. & p. 16. c. 137. Ivo p. 6. c. 321. f. al. disciplina. orig.

percepere præsumit, anathematis ultione percussus sit, ut fallax, ac pessifer à sanctæ ecclesiæ corpore sit divisus. & infra. Si autem in eadem civitate egressus ad publicum potuerit docere, quæ dixit, vel certe sciens se non posse, quæ scripsit, ostendere, errorem suum fuerit, aperte confessus, Domini corporis ac sanguinis participatione non sit privatus, neque à corpore sanctæ ecclesiæ alienus exiit.

¶ Publico] Hac vox abest à manuscriptis, & originali, & hoc: sed ob casum est retenta, & in aliquo versu est glossa interlineari.

¶ Contradictentem] Quæ sequuntur usq; ad versiculum. Quod si addita sunt ex ipsa epistola, & referuntur etiam ab Iohne.

¶ Percussus sit] Antea legebatur, percutiatur: sed cum ea, quæ antecessori, ipso facto ligent, quæ ad occultum delictum referuntur, emendatum hoc est, quemadmodum multa, ex epistola ipsa. Apud Iohannem verò legitur, anathematis ultione percussus, ut fallax, &c.

C. III. ¶ Anathematizentur, qui famosi libellos in ecclesiâ ponunt.

Item in concilio Eliberitano, c. 52.

¶ Si qui inventi fuerint, famosis libellis in ecclesiâ ponere anathematizentur. Item Codic. lib. 5. titulo de famosis libellis, lege unice. Imp. Valentinianus & Valens, A. A. [¶ Si quis famosum libellum domi, sive in publico, vel quocumq; loco ignavus receperit, aut corruptus prius quàm alter inveniat, aut nulli confiteatur inventum. Sin vero non statim eadem chartulas vel corrupterit, vel igne consumpserit, sed cum earum manifestaverit, sciat se quasi auctorem huiusmodi delicti capere sententia subjugandum.] & infra. Huiusmodi autem libellos alterius opinionem non ladat.

QVÆSTIO II.

Vocatio autem eius, qui impetitur, non semel, sed bis, & tertio per congruum spatium rationabilibus scriptis fieri debet.

C. I. ¶ Vocatio ad synodum eius, qui impetitur, & inscriptis, & per spatium fiat congruum.

Unde Damasus Papa Stephano Archiepiscopo epist. 3. scribit, dicens.

Vocatio b ad synodum iuxta decreta Patrum canonica eius, qui impetitur, rationabilibus 1 scriptis per spatium fieri debet congruum atque canonicum: canonica ordinatione, licet venerit ad conventum quacunq; necessitate, nisi sponte voluerit, nullatenus suis respondebit insidiatoribus.

¶ Rationabilibus scriptis] In epistola Damasi loco bonum verborum legitur, tam sua presentia, quàm & scriptis, atque apocryphis: verum Anselmus, Burchardus, auctor Polycarpi, & hoc cum vulgata lectione conveniunt.

C. II. ¶ Quibus temporum spatium reus vocetur ad causam.

Item Sylvester Papa.

¶ Presenti e decreto censensus, ut in primis paternaliter d vocetur, & per septem dies expectentur, nullius ecclesiasticæ rei interdicta licentia. Huius vero expectationi iterum addantur septem dies, interdicta ecclesiâ intrandi licentia, & omnia divina officia audiendi. Post verò addantur duo dies, quibus à pace, & communione sanctæ ecclesiæ sint suspensi. Deinde verò iterum aliis duobus diebus sub eadem expectatione deportentur. 1 Quibus uno die superaddito, o-

a Cap. l. c. 242. Poly. l. 3. tit. 21. Ansl. l. 3. c. 89. Ivo p. 3. c. 231. & 4. c. 114. Burch. l. 3. c. 99. b Poly. l. 3. tit. 7. Ansl. l. 3. c. 50. Burch. lib. 1. c. 118. Ivo p. 3. c. 266. c Poly. l. 3. tit. 3. Ansl. l. 3. c. 120. d al. personarum.

mini expectatione veluti jam desperata, reus mox anathematis gladio feriatur.

¶ Deporentur] Antea legebatur, expectentur. Emendatum est ex Polycarpo, Anselmo, & vetustis Gratiani exemplaribus, in quorum nonnullis hæc est glossa interlineari; id est, expectentur.

C. III. ¶ Nullus accusatus per scripta suscipiatur.

Item Damasus Papa ad Episcopos Italiae, epist. 8.

¶ Relatum a est ad sedem Apostolicam, vos accusatores fratrum per scripta suscipere absque legitimo accusatore. Quod deinceps in omni terrarum orbe fieri Apostolica auctoritate prohibemus, & quod nuper factum est, absque ulla retardatione corrigere b curamus, nec e unquam prius per scripta eorum, qui accusantur, causam discutere liceat, quam per querelantium institutionem d vocati canonicè ad synodum veniant, & præsens per præsentem agnoscat veraciter, & intelligat, quæ ei obijciuntur. & infra. ¶ Leges enim sæculi accusatores præsentem exigunt, & non per scripta absentes. Unde canonica Patrum constituta non semel, sed sapissimè clariant, nec accusationes, nec testimonium e ullum per scripta posse proferre, nec de aliis negotiis quicunque testimonium dicant, nisi de his, quæ sub presentia eorum acta esse noscuntur. Similiter, & qui f alium accusare elegerit, præsens per se, & non per alium accuset, inscriptione videlicet præmissa. Neque ullus unquam iudicetur, antequam legitimos accusatores præsentem habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Curandum namq; e est, ne ira quemquam subripiat, b faciatque citius omne, quod non licet.

C. IV. ¶ Vi, aut timore ejeti, aut suis rebus expoliati ad synodum non vocentur.

Item Felix Papa II. Athanasio, & omnibus orientaliibus Episcopis, epist. prima, c. 3.

¶ Si i Primates, accusatores Episcoporum cum eis pacifice familiariter minime potuerint, tunc tempore legitimo eos ad synodum canonicè convocant, non intra angusta tempora canonicè convocent, & non prius, quàm eis per scripta significent, quid eis opponitur, ut ad responsonem præparati adveniant. Nam si aut vi, aut timore ejeti, aut suis rebus expoliati fuerint, nec canonicè vocari ad synodum possunt, nec respondere amulis debent, antequam canonicè restituantur, & sua omnia legaliter reddantur.

Hæc auctoritatibus evidentissimè datur intelligi, quod nisi quis canonicè vocatus fuerit, etiam si aliqua occasione ad synodum veniat, sui nullatenus cogitur respondere insidiatoribus. Canonica autem vocatio est, quando servato dierum interstitio, secundum auctoritatem beati Sylvestri, causa sua, literis adesse iubetur, quibus, quid ei obijciatur, auctoritate Felicis Papæ significari oportet.

QVÆSTIO III.

¶ Quod autem per procuratorem suum causam agere valeat, qui impeditus causa sua adesse non valet, auctoritate Romanæ synodi, quæ tempore Hadriani k Papæ celebrata est, probari videtur, in qua c. 5. sic statutum legitur.

C. I. ¶ Pro se legatum ad synodum mittat, quem gratia necessitas premit.

¶ Si i ægrotans fuerit Episcopus, aut aliqua eum gra-

a Ansl. l. 3. c. 48. Poly. l. 5. tit. 1. b corrige rogamus.] orig. c. 11. q. 3. c. eorum qui. d al. institutiones. e testimonia.] orig. f. 3. q. 9. qui accusare. g al. quoque. h al. cuiquam subrepat.] i Burch. l. 1. c. 221. Ivo p. 3. c. 331. k In cap. Hadriani, c. 5. & Felix I. epist. 2. l Poly. l. 5. tit. 3. Burch. l. 1. c. 51. Ivo p. 3. c. 16. Pann. l. 4. c. 19. 4. q. 3. c. 1030.



vis necessitas detinuerit, pro se legatum ad synodum mittat, nec a communione suspendatur, cui tamen intenditur, nisi ad causam suam dicendam, electorum iudicium die statuta literis evocatus, minime occurrerit, hoc est, (nisi aliena a preoccupaverit necessitas) infra duorum, vel trium mensium spatium, & eo amplius, prout causa dictaverit.

Codici lib. 9. tit. de accusat. & inscrip. l. 3. Imp. Alexander Augustus. [Reo: capitulum criminem absente etiam per procuratorem defendi leges publicorum iudiciorum permittunt.] q. Ecce, quod Episcopus impeditus, & causa sua adesse non valens, legatum pro se iubetur ad synodum mittere. Sed legatus iste non ad causam agendam, sed ad necessitatem synodo exponendam mittitur, qua impeditus Episcopus synodo presentiam suam exhibere non valet. Causam autem (maxime criminalem) nulli nisi per se agere licet.

C. II. q. Criminaliter accusans, vel accusatus per se experiantur.

Unde Hadrianus Papa in capitulis, c. 38. ait.

In b. criminalibus causis nec acculator, nisi per se, aliter accusare potest, nec accusatus per aliam personam se defendere permittitur.

C. III. q. In omnibus causis, praterquam in criminalibus, Episcopi, & sacerdotes pro se advocatum habeant.

Item Anacletus Papa.

Quia Episcopi, universique sacerdotes ad solam laudem Dei, bonorumque operum actiones constituunt, debet unusquisque eorum tam pro ecclesiasticis, quam etiam pro suis actionibus (excepto publico videlicet crimine) habere advocatum, non male famam suspectum, sed bonae opinionis, & laudabilis artis inventum: ne dum humana lucra attendunt, aeterna pramia perdant.

Hoc capitulum, quod ex Anacletus citatur, habetur in concilio Eugenii Papa secundi, tempore Ludovici ac Lotharii Imperatorum habito, cap. 19. Quod etiam a Leone quarto est repetitum. Ex quo canone Lotharius, lib. 2. legum Longobardi, tit. de advocatis, & Vicedominis, eorum capitulare consensit.

QUESTIO IV.

Quod autem absq; synodali audientia damnari non debeat, auctoritate Iulii Papae probatur, qui epist. 1. ait.

C. I. q. Nisi in legitima synodo Episcopus iudicari, vel audiri non debet.

Nihilus Episcopus, nisi in legitima synodo, & suo tempore Apostolica auctoritate convocata, super quibusdam a criminationibus pulsatus audiat, vel iudicetur, vel damnetur. Sin aliter praesumptum a quibusdam fuerit, in vanum deducatur, quod egerint, nec inter statuta i ecclesiastica ullo modo reputetur.

Statuta] Absit hac a dicto ab originali, & ceteris locis imbecatis.

C. II. q. Episcopus accusatus, a duodecim audiat, causa vero sine a se ipsa Apostolicam deferatur.

Item Zepherinus Urbis Roma Archiepiscopus, epistola prima Episcopis Siciliae.

Duodecim si iudices quilibet Episcopus accusatus, si necesse fuerit, eligat, a quibus eius causa iuste iudicetur: nec prius audiat, aut excommunicetur, vel iudicetur, quam ipsi per se eligantur, & regulariter vocatus g ad suorum primo conventum Episcoporum,

a alia] orig. b Anst. l. 3. c. 88. Pann. l. 4. c. 36. c Et in C. Hadriani, c. 3. Capitular. l. 6. c. 287. d al. quibusvis. e al. id est. f 3. q. 2. c. 1. Poly. l. 7. tit. 4. Anst. l. 3. c. 45. lvo part. 1. c. 245. g al. vocatos.

per eos ep[iscopos] causa iuste audiat, & rationabiliter discutatur. Finis vero ep[iscopos] causae ad sede Apostolicam deferatur ibidem terminetur: nec antea finiatur [Sicut ab Ap[osto]lis, vel successoribus eorum olim statutum est] quatenus auctoritate fulciatur.

Quod vero absq; synodali audientia Episcopus damnari prohibetur, sine praesidio Romana sedis oportet intelligi, quae sua auctoritate, quosq; vales damnare, vel damnatos absolvere. Gelasius Papa [ipsi sunt canonici] infra causa nona. [Sed excommunicati non notati.] q. Item Hadrianus, c. 2. [Sed Romana ecclesiae in omnibus primatum, manifestum est] quod si quis per unamquamq; provinciam, ipsius provinciae ius dispenses: sicut in Nicano constat decretum esse concilio, si vero accusatus ad concilium venerit, quocumq; consensum consultationibus agitur, aut ab accusantium parte proponitur contentiosus vocibus, sed missima verborum relatione peritur.

C. III. q. In cognitione causarum contentiosorum non habeantur.

Unde in Toletano concilio XI. c. 1. legitur.

In loco benedictionis confidentes Domini Gentes nullis debent aut indiscretis vocibus pestiferet, a quibuslibet tumultibus perturbari, b nullis etiam fabulis, vel risibus agi, & (quod deterius est) ebullientibus disceptationibus tumultuolas voces effundere. Si quis enim, ut Ap[osto]lus e ait, putat se religionem, & refranas linguam suam, sed seducens cor suum, non est religiosus: cultum enim suam iustitia perdit, quantum sententia iudicii obstrepentium turba a confusio, dum propheta. [Exit cultus iustitiae silentium.] Debet ergo quidquid aut consultationibus f confidentiam agitur, aut ab g acculantium parte proponitur, sic missima verborum relatione proferri, ut nec contentiosus vocis sensus audientium turbent, nec iudicii b vigorem multo enervent. Quicunque ergo in conventu concilio haec, quae praemissa sunt, violanda crediderit, & contra interdicta aut tumultu, aut contumelias, vel risibus contra iudicium conturbaverit, iuxta divinae legis edictum, quo percutitur, r. [Ejice derisorem, & exibat cum eo iurgum.] cum omni decore de confessione k abstractus, a communi coetu secedat, & trium dierum excommunicationis sententiam perferat.

QUESTIO V.

Quod autem quaritur, an sit aliquis iudicandus malevolus, quia crimen alterius indicat. De hoc scribit Reginus firm. l. 3. de communi vita clericorum, & regula tertia, dicens.

C. I. q. Magis nocet, qui crimen celat, quam qui amicabiliter indicat.

Non vos iudicetis esse malevolos, quando crimen alterius indicatis. Magis quippe innocentes non elidit si fratres vestros, quos indicando corrigere potestis, concedo perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus habet corpore, quod velit occultari, dum timeret scari, non deliter a te siletur, ac misericorditer indicatur: quatenus ergo potius debes m manifestare crimen, ne deterius trefcat in corde?

a est initium causa nona. Supra 3. q. 6. novim. b al. in primo lvo p. 4. c. 245. b al. perturbare. c lat. d al. turbato. e al. quando silentium perit, & iudicium obstrepentium turbat. f al. aliter consultationibus. g al. accusantium. h al. iudicium. i Praxid. 22. k in verbis datus legebatur, confessione, & al. confessione. l Item epist. 1. in eum debes manifestare, ne, & c. orig. C. II.



C. II. ¶ Nec qui parci est amicus, nec qui verberat, inimicus.

Idem ad Vincentium Donatistam, & Rogatistam, epist. 43.

Non a omnis, qui parci, amicus est, nec omnis, qui verberat inimicus. Meliora sunt vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici. Melius est cum severitate diligere, quam levitate decipere. ¶ Vitius esuriens panem tollit, si de cibo securus iustitiam negligebat, quam esuriens panis frangitur, ut iniustitia seductus acquiescat. ¶ Et qui phreneticum ligat, & qui lethargicum excitat, ambobus molestus, ambos amat. Quis nos potest amplius amare, quam Deus? Et tamen nos non solum docere suaviter, veram etiam salubriter terrore non cessat. Fomentis lenibus, quibus consolatur, sæpe etiam mordacissimum medicamentum tribulationis adiungens, exercet fame Patriarchas, v. etiam pios & religiosos; populum contumacem pennis gravioribus agit; non aufferit ab Apollolo stimulum carnis tertio rogatus, ut virtutem in infirmitate perficiat. ¶ Noveris 1 aliquando furem avertendis pecoribus pabulum spargere, aliquando pastorem flagello ad gregem pecora errantia revocare.

¶ Noveris] Apud B. Augustinum legitur, & noveris, pendet, hac parte superioris periodi parte, & putas nullam vim adhuc eandem esse homini, &c.

C. III. ¶ Non vobis habetur, sed delegitur, qui castigatur & corripitur.

Item ex sermone l. 4. Ambrosii, qui sic incipit. [Amarior fortasse.]

Non castigatur semper pater filium, sed & aliquando castigat. Ergo, quando castigatur, qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur. Habet enim & amor plagas suas, quæ dulciores sunt, cum amarissime defertur. Dulcius enim est religiosa castigatio, quam blanda remissio. Vnde ait propheta, [Dulciora sunt vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici.]

Ex his verbis datur intelligi, quod magis confert utilitati fratres, qui crimem accusando vel invidendo persequuntur, quam qui celando severentur. Eusebius autem Papa contra statuerit videtur, dum alterum crimina sponte confitentes in Episcoporum accusatione recipi prohibet, dicens epist. prima ad Episcopos Galia.

C. IV. ¶ Ad accusationem non admittantur aliorum crimina sponte confitentes.

Illi, si qui aut in fide catholica, aut inimicitia suspecti sunt, ad pulsationem Episcoporum non admittantur: quia veritatem professionis infidelitas & inimicitia impedire solet. Nec illi credendi sunt, aut admittendi, quia aliorum sponte crimina confitentur. Et ideo replicanda est sollicitudo veritas, quam sponte prolata in illis vox habere non potest. Hanc diversis cruciatibus & latebris suis religiosus & tortor exigere debet, ut dum poenis corporis subjungitur, quæ gesta sunt, fideliter, & veraciter exquirantur.

C. V. ¶ De eodem.

Item in proverbio, c. 31.

Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana: qui autem fidelis est, celat amici commissum. Item infra ca. 25. Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio citò, ne postea emendare non possis, cum dehonestaveris amicum tuum.

Sed aliud est ex charitate aliorum crimina deferre, ut quos secreta admissione corrigere non possumus, consultis iudicis sententia corripiat: atq; aliud insidando falsa objicere, vel insidando vera facile exprobrare. Illud vero charitati, hoc autem impietati est officium. Unde in eodem proverbio, cap. 32.

a 2. q. 4. nimirum, non omnia. Proverb. 27. b Gen. 42. c 2. Cor. 12. d al. amarius. e Proverb. 27. f Anst. l. 4. c. 21. g rigorosus. orig.

dicatur. [Verba impiorum insidantur sanguini: os iustorum liberabit eos.] & infra. [Qui quod novit loquitur, iudex 1 iustitie est: qui autem mentitur, testis est fraudulenti.] Item. ¶ [Labium veritatis firmum erit in perpetuum: qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacii.] Item c. 13. ¶ [Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsiderate a loquitur, sentiet mala.] & infra. [Verbum mendax iustus detestabitur: impius autem confundit, & confundetur.] Item Augustinus in Psal. 37. [Si aliquando 2 humana infirmitate pedes nostri in aliquod peccatum moventur, insurgunt lingue iniquissimorum inimicorum, cum fuisset miserendum: irrident impii, unde dolent pii.]

¶ Index] Sic in bibl. etiam Compluti & Antuarie impressis. Sed in nonnullis manuscriptis habetur, index. Græce autem est d. exco. v. p. d. u. r. i. s. u. s. d. i. c. i. t. u. r. d. i. c. a. t. u. r. d. j. p. r. a. p. t. u. s. r. o. v. a. d. i. x. a. m. d. o. d. i. c. i. t. u. r. id est, clarum testimonium dat iustus, testis autem iniustorum dolosus.

¶ Siquando] Hic versiculus videtur sumptus partim ex verbis B. Augustini, partim ex glossa marginali, & interlineari: in eodem locum ex eod. B. Augustino & Cassiodoro.

QVÆSTIO VI.

¶ Vi autem, quod intulit, probare non valet, puniendus est.

C. I. ¶ Puniatur, qui alius falsam intulit.

Unde Hadrianus Papa ait in capitulis, b c. 41.

¶ Mnis, e qui alius falsam intulit, puniatur, & pro falsitate ferat infamiam.

C. II. ¶ De eodem.

Item Gregorius Papa.

¶ Vi calumniam illatam non probat, poenam debet incurere, quam si probasset, reus utique sustineret.

¶ Hic Gratianus partem sequentis capituli, quasi quandam per se sententiam, quod non raro solet, proponit.

C. III. ¶ Quæ poena ferriatur, qui crimem illatum non probat.

Item in regeste.

¶ Via & juxta canonicas Patrum sententias, qui calumniam illatam non probat, poenam debet incurere, quam si probasset, reus utique sustineret, ac per hoc, quia subdiaconus crimen Diacono probare non potuit, quoniam impositionem manus (qua carere non potuisset) non habuit, non solum t sacerdotio & officio caruit, sed tanquam revera infamis meruit verberibus castigari. Nam cum tribus testibus, veluti laico crimem quodlibet approbatur, non est mirum, quod obicit dum probare non sufficit, si corporali infamia, quem admodum laicus, ex iuris similitudine subijgatur. Quod enim esset Diacono gradum amittere, hoc fuit subdiacono fama plenitudine caruisse. ¶ In regeste B. Gregorii hac non sunt inventa, sed habentur nomina in vita ipsius a Ioan. Diacono scripta lib. 2. c. 31. Item postquam citavit epistolam 66. libri nonni, Anthemio subdiacono scriptam, inde ista colligit. Idcirco Gregorius non probantem quod obiecerat subdiaconum officio jubet privati, quia juxta canonicas patrum sententias, qui calumniam, &c. usq; ad finem. Sicut autem caput hoc ex Ioan. Diacono sumptum est, ita in Decretalibus caput primum tit. de calumniat. ex ipsa Gregorii ad Ambrosium epistola est acceptum.

¶ Solum] Vox ista abest ab originali, sed ob glossam non est indulta. Codice libro primo, titulo de Episcopis & clericis. l. 8. Imperator Theodosius. 2. pars. ¶ Presbyteri citra injuriam questionis testimonium dicant, ita tamen, ut falsa

a inconsideratus est ad loquendum, vel in versic. quia dixi. b C. l. 2. c. 277. c Anst. l. 3. c. 92. d Ioan. Diacon. l. 4. vita. B. Grego. c. 31.

Q

non simulent. Ceteri vero clerici, qui eorum a deinde gradum vel ordinem sequuntur, si ad testimonium dicendum petitis fuerint, prout leges precipiunt, audiantur: ut salva tamen sit litigatoribus falsi actio, si forte Presbyteri, qui suo b nomine superiorum testimonium dicere citra aliquam corporalem injuriam sunt precepti, hoc ipso, quod nihil metuunt, vera suppresserint. Multo magis enim poena digni sunt, quibus quam plurimum honoris per nostram justitiam delatum est, si occulte c inveniantur in crimine. ¶ Item constituitio tertia, coll. nona. d ¶ Presbyteri, seu Diaconi, si falsum testimonium dixerint, si quidem in re pecuniaria, divum ministerio duntaxat per tres annos separati, monasterio tradantur: si in criminali, clericatus honore nudati, legitimis poenis subjiciantur. Ceteri vero clerici communi i jure ab officio ecclesiastico pulsati sine delictu causa legitime coercantur.

¶ Communi ista omnia verba, communi jure ab officio ecclesiastico pulsati, absque a manuscriptis, sunt tamen in translatione, qua habetur in Codice. Nec vero Gratianus ipsa omnia verba aut veteri interpretatione, aut Iuliani, aut Irenaei retulit. Quare opera pretium fuerit novellam ipsam graecam, & vulgatae interpretatione consulere: existant enim aliqua varietate non contemptenda.

C. IV. ¶ Ad sancta communionis ministerium non accedat, qui crimen illatum non probat.

Item Gregorius I. in libro Episcopo lib. 3. epist. 24.

Epiphanium i Presbyterum quorundam sacerdotum f literis criminaliter accusatum, cujus nos, ut valuimus, discutientes causam, nihilque in eo obsectorum reperientes, ut ad locum suum reverteretur, absolvimus. Crimini ergo ejus auctores te volumus perferatari: & nisi qui easdem transmisit epistolas, paratus fuerit hoc, quod obsecro, canonicis, atque distictissimis probationibus edocere, nullatenus ad sanctae ministerium g communionis accedat.

¶ Epiphanium] In epistola haec anteceditur. Praeterea notitiatorem praesentium Epiphanium Presbyterum quorundam, &c.

C. V. ¶ Qua poena delator sit feriendus.

Item ex decreto Hadriani Papae, h cap. 49.

Delatori f autem lingua capuletur, aut convicto caput amputetur. ¶ Delatores autem sunt, qui invidia produnt alios.

Habetur inter capitula Hadriani, c. 4. Allatum, quantum conjecterit, ex legibus secularibus. Nam in Codice Theod. libro 10. tit. 10. l. 2. fere idem, in libro autem 7. cap. 360. profus idem habetur.

C. VI. ¶ De eodem. PALEA.

[Item ex concilio a Eliberitano.]

Delator i si quis extiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proscriptus, vel interfectus, placuit non i nisi in fine accipere communionem. Si levior causa fuerit, infra quinquennium accipere poterit communionem. Si catechumenus fuerit, post quinquennii tempora admittatur ad baptismum.

¶ Non nisi] In concilio ipso, & capitularibus legitur, nec in fine: quod in multis ejusdem concilii decretis reperitur. Quomodo autem hic, & apud Burchardum, & Irenaeum legitur, convenit canonis 13. Niceni concilii, in quo sic statutum est. De his, qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua, regularisque servabitur, ita, ut si quis egreditur de corpore, ultimo & necessario viatico minime privetur. Hanc controversiam copiose explicat Innoc. I. epist. 3. c. 2. Exuperio Episcopo Tholosano.

a aliter eum. b aliter sub. c aliter si in occulto invenitur crimen. d Cod. eod. tit. Anabentica seq. Presbyteri. Novella 123. f. reverendissimi. e aliter mysterium. f Sardonium. g aliter mysterium. h In capit. Hadriani. cap. 49. i Capit. l. 7. c. 360. Anst. l. 3. c. 111. k Capit. l. 6. c. 277. l Burchardus. m Polydorus.

C. VII. ¶ Qui innocens falso crimine maculatus, sacerdotis arbitrio poena duntaxat pergetur.

Item ex octava synodo. a

Si quis falsum dixerit, vel personam innocentem crimine maculaverit, juxta sacerdotis arbitrium poena poenitentiae expurgetur.

¶ Capiti huic in vulgata erat propositum nomen poenitentiae, quod collatum est auctoritate veterum exemplarum, quos collata sunt. Extat autem in regula monachorum B. cap. 17.

C. VIII. ¶ A communione coeareatur vel secularis, vel laicus, qui ecclesiam, vel clericum per calumniam fatigaverit.

Item ex concilio Agathensi, c. 32.

Si quis vero secularium per calumniam ecclesiam, aut clericum & fatigare tentaverit, & convictus fuerit ab ecclesia liminibus, & a catholicorum communione nisi digne poeniterit, coeareatur. d

CAUSA VI.

Forficatores, & infamia notati, quosdam in provincia accusatos, quosdam in provincia Archiepiscopi, quosdam in provincia Episcopi, tandem in probatione deficiat, aut cogitur ad sua innocentia assertionem.

- 1. He primum queritur, an crimine irretiti, vel infamia notati ad hujusmodi e accusationem sint admittendi.
- 2. Secundo, si Episcopus in eos accusationem sentire voluerit, an simpliciter assertioni suae sit fides habenda.
- 3. Tertio, si liceat sibi expetere iudicium Archiepiscopi alterius provinciae.
- 4. Quarto, cujus iudicium sibi sit expetendum, si circa suam provinciam Episcopi sua provincia deficiat, an rebus sit cogitur ad probationem suae innocentiae.

QUESTIO I.

Quod autem crimine irretiti alio accusari non possint, Anacleus Papa testatur, epistola sequenda, Epistola talia dicens.

C. I. ¶ A criminosis sacerdotibus accusari non permittitur.

Si sacerdos sine crimine eligi praecipitur, nullatenus ab hominibus criminosis irretitis accusari aut calumniari permittitur, nec ab aliis, quam ab iis, qui sine crimine sunt, & juxta electionem sacerdos ordinari solent, & tales per omnia inveniuntur, quales sacerdotibus eligi jubentur.

¶ Juxta electionem] Sic in omnibus collatis mandatis, praedictibus, praeterquam in uno, in quo est, iuxta electionem in vulgato erat, juxta electionem canonicam. In epistola autem ipsa sic legitur, & juxta electionem, si necessitas fuerit, aut ipsi volendo Domino servire elegerint, sacerdotibusque sine crimine fieri, & ordinari possunt, & tales per omnia fuerint, quales eligi sacerdotes jubentur.

C. II. ¶ Infames, & qui culpa exegentibus ad sacerdotium provehi non possunt, sacerdotes non accusantur.

Item Hadrianus Papa in capitulis, c. 27.

Omnes f vero infames esse dicimus, quos leges sacculi infames appellant, & omnes, qui culpa

a In regula Isidori c. 17. b Anst. l. 3. c. 111. Burchardus. c. 360. & p. 16. c. d. e clericum. g. d. alarcanus. e. d. hujus. f Polydorus.